Fragmentarium

moiſen. Murmurauit autem
omnis multitudo filiorum iſrahel ſe
quenti die contra moiſen et aaron
dicens. Vos interfeciſtis populum domini.
Cumque oreretur ſeditio et tumultus
increſceret. moiſes et aaron fuge
runt. ad tabernaculum federis. Quod
poſtquam ingreſſi ſunt operuit nubes
et apparuit gloria domini. Dixitque dominus
ad moiſen. Recedite de medio huius
multitudinis/ et iam nunc delebo
eos. Cumque iacerent in terra. dixit
moiſes ad aaron. Tolle thuribulum
et hauſto igne de altari mitte incen
ſum deſuper. pergens cito ad populum
ut roges pro eis. Iam enim egreſſa
eſt ira a domino et plaga deſeuit.
Quod cum feciſſet aaron. et cucur
riſſet ad mediam multitudinem. quam
iam vaſtabat incendium obtulit
thimiama. et ſtans inter mortu
os ac viuentes pro populo deprecatus
eſt. et plaga ceſſauit. Fuerunt au
tem qui percuſſi ſunt quatuordecim
milia hominum et ſeptingenti. abſque
hiis qui perierant in ſeditione cho
re. Reuerſuſque eſt aaron ad moiſen.
ad oſtium tabernaculi federis. poſtquam
quieuit interitus. Et locutus eſt
dominus ad moiſen dicens. Loquere
ad filios iſrahel. et accipe ab eis
virgas ſingulas per cognationes ſuas
a cunctis principibus tribuum vir
gas duodecim. et uniuſcuiuſque no
men ſuperſcribes virge ſue. Nomen
autem aaron erit in tribu leui.
et una virga cunctas eorum famili
as continebit poneſque eas in taber
naculo federis coram teſtimonio
ubi loquar ad te. Quem ex hiis
elegero. germinabit virga eius
et cohibebo a me querimonias
filiorum iſrahel. quibus contra vos
murmurant. Locutuſque eſt moi
ſes ad filios iſrahel. et dederunt
ei omnes principes virgas per ſin
gulas tribus. Fueruntque virge
duodecim abſque virga aaron.
Quas cum poſuiſſet moiſes coram
domino in tabernaculo teſtimonii

ſequenti die regreſſus inuenit ger
minaſſe virgam aaron in domo leui
et turgentibus gemmis eruperant
flores. qui foliis dilatatis in amig
dalas deformati ſunt. Protulit ergo
moiſes omnes virgas de conſpectu
domini ad cunctos filios iſrahel. videruntque
et receperunt ſinguli virgas ſuas.
Dixitque dominus ad moiſen. Refer vir
gam aaron in tabernaculum teſti
monii ut ſeruetur ibi in ſignum rebel
lium filiorum iſrahel et quieſcant que
rele eorum a me ne moriantur. Fecit
que moiſes ſicut preceperat dominus. Dixe
runt autem filii iſrahel ad moiſen.
Ecce conſumpti ſumus omnes perimus.
Quicumque accedit ad taber
naculum domini moritur. Num uſque
ad internecionem cuncti delendi ſu
mus?

Capitulum xviii

Dixitque dominus ad aaron. Tu
et filii tui. et domus patris
tui tecum portabitis ini
quitatem ſanctuarii. et tu et filii
tui ſimul ſuſtinebitis peccata
ſacerdotii veſtri. Sed et fratres
tuos de tribu leui. et ſceptrum patris
tui ſume tecum preſtoque ſint et mini
ſtrent tibi. Tu autem et filii tui
miniſtrabitis in tabernaculo teſ
timonii. Excubabuntque leuite ad
precepta tua. et ad cuncta opera
tabernaculi. ita dumtaxat ut
ad vaſa ſanctuarii et altare non
accedant ne et illi moriantur et
vos pereatis ſimul. Sint autem
tecum et excubent in cuſtodiis ta
bernaculi. et in omnibus cerimo
niis eius. alienigena non miſce
bitur vobis. Excubate in cuſtodia
ſanctuarii et in miniſterio altaris
ne oriatur indignatio ſuper filios
iſrahel. Ego dedi vobis fratres
veſtros leuitas de medio filiorum
iſrahel et tradidi donum domino. ut
ſeruiant in miniſteriis taberna
culi eius. Tu autem et filii
cuſtodite ſacerdotium veſtrum et omnia
que ad cultum altaris pertinent et
intra velum ſunt per ſacerdo

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9377, 14r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-c6ij/2613/41649)